7 Renuntiationem generalem non extendi ad ius querendum ex legis diſpoſitione.fo.563.nu.18.
7 Renuntiationem generalem non confirmari per iuſiurandum in caſibus non cogitatis.fo.316.nu.50.
7 Renuntiatio facta ſuper iure de preſenti an ⁊ quando valeat.fo.162.nu.35.
7 Renuntiatio litis an pariat exceptionem.fo.157.nu.14:
7 Renuntiatio ſimplex facta preſenti an habeat vim pacti, vt per eam remitti poſſit ius,quod nobis ſpetantum competit.fo.150.nu.134.⁊.137.⁊ nu.ſeq.
7 Renuntiatione ſimplici an remitti poſſit ius,quod ſola ſpe cōpetit.fo.150.nu.133.
7 Renuntiationem fieri quibus modis contingit.fo.160.nu.4.
7 Renuntiatio litis facta ante litem motam ⁊ conteſtatam an valeat.fo.158.nu.77.⁊.29.⁊.30.
7 Renuntiatio litis,per quam quis cenſetur renuntiare iuri et cauſe,per que verba fieri debeat.fo.161.nu.24.
7 Renuntiationem priuilegij fori nō tenere,niſi renūtians fuerit certioratus de ſuo priuilegio,an ⁊ in quibus perſonis ſit verum.fo.206.nu.17.⁊ nu.ſeq.
7 Renūtiatio facta ab aliquo de omni iure qđ habet,vel habere ſperat in aliqua cauſa quomodo intelligēda ſit.fol.155.num.31.
7 Renuntiatio ſimplex facta de iure competenti ⁊ competituro quomodo ſit intelligēda.fol.151.nu.155.⁊ quid in pacto.nu.159.
7 Renuntiatio ſimplex ſuper iure de futuro an ⁊ quando poſſit valere.fo.160.nu.13.
7 Renuntiatio exceptionis non numerate pecunie an firmetur iureiurando.fo.320.nu.125.
7 Renuntiatio facta per reum ſuper lite ⁊ cauſa,an operetur,vt reus cenſeatur fateri,actorem habere ius,ita ꝙ poſſit actor ꝑ ſe reportare ſententiam.fo.158.nu.22.⁊.24.⁊.25.

7 Renuntiatio litis parit exceptionem impedictem proceſſum ⁊ conteſtationem litis.fo.157.nu.11.
7 Renuntiatione generali non contineri ius acquirendũ ex noua cauſa.fo.563.nu.17.
7 Renuntiationem velleiani non nocere mulieri, niſi prius fuerit certiorata de illo beneficio.fo.303.nu.41.
7 Renuntiatio facta ſuper iure de futuro an firmetur iuramento.fo.150.nu.139.
7 Renuntiatio facta per filiã de bonis paternis,maternis,et fraternis non ſubſiſtit reſpectu abſentium,qui non conſenſerunt.fo.216.nu.65.
7 Renuntiatio ſimplex iuris futuri geminata an aliquid operetur.fo.150.nu.142.
7 Renuntiatio ſimplex facta in iudicio ſuper iure de futuro, an valeat.fo.151.nu.145.⁊ nu.147.⁊ an ſit neceſſe ꝙ pars eam acceptet.nu.148.
7 Renuntiationem expreſſam differre a tacita renuntiatione.fo.160.numero.3.
7 Renuntiatio facta de omnibus exceptionibꝰ dilatorijs an teneat.fo.162.nu.37.⁊ quid ſi renuntietur omnibus exceptionibꝰ preſentibus ⁊ futuris,an valeat renuntiatio.nu.ſeq.
7 Renuntiatio,que reſultat ex negligẽtia per lapſum temporis, an preiudicet.fol.163.nu.47.
7 Renuntiatio iuris futuri facta per hec verba, renuntiauit ex nunc prout ex tunc iuri competenti ⁊ competituro etiã ex noua cauſa,an valeat.fol.151.nu.157.⁊ quid ſi e contrario dictum ſit,ex tunc prout ex nunc renuntiauit ⁊c.nu.ſeq.
7 Renuntiationem generaliter factam ſuper omni alio legũ auxilio,non operari aliquem effectum,niſi inter ſcientes vim eorum verborum.fo.600.nu.16.
7 Renuntiationem vel promiſſionem non trahi ad ius, quod quis ignorat vel preſumitur ignorare.atque inibi ꝙ in dubio ex enormi leſione preſumatur ignorantia.fo.296.nu.100.
8 Renuntiationem hereditatis paterne factã a filia propter fratres non nocere illi,mortuis fratribus.fo.521.nu.42.

Repertus.

5 Repertum in crimine flagranti an quatenus liceat vnicuique priuato propria authoritate capere ⁊ detinere.fo.305.num.18.
8 Repertus in loco perpetrati delicti an in dubio preſumitur ibidem adfuiſſe caſualiter an vero data opera,⁊ ſtudioſe.folio 524.numero.114.
8 Repertum in flagranti delicto poſſe ſiue aliquo proceſſu condemnare.fo.524.nu.120.

Repetitio.

2 Repetitionem non dari, vbi quid ſolutũ eſt ex ea cauſa,ex qua retentio competebat,non etiam petitio.fo.270.nu.32.
2 Repetitio an locum habeat in mutuo ciuili.fo.4.nu.24.
2 Repetitionem fauorabiliorem eſſe,quam petitionem.fol.276.nu.30.⁊.37.
3 Repetitione eiuſdem dictionis probatiſſimos authores vſos fuiſſe.fo.513.nu.25.
4 Repetitionem indebiti ſoluti impediri per ſolam obligationem naturalem.fo.173.nu.472.
7 Repetitio indebiti ſoluti quibus caſibus cõpetat.f.62.nu.18.
7 Repetitio detur ne ei,qui ſoluit, cũ eſſet tutus exceptione preſcriptionis.⁊ an talis exceptio ſit odioſa, an vero fauorabilis.fo.62.nu.22.
7 Repetitionem in legibus non eſſe ſuperfluam, per quam prioribus legibus aliquid additur.fo.546.nu.3.
7 Repetitionem nõ competere ei,qui ſoluit legata relicta in minus ſolenni teſtamento.fo.39.nu.178.

Repetitum.

1 Repetitum non videri id in ſubſequẽtibus, quod exigit factũ extrinſecum,tametſi dictum ſit in prefationibus.fo.389.nu.4.
1 Repetitũ in ſequẽtibus videri id,qđ in prefationibꝰ dictũ eſt.f.389.nu.1.⁊ qđ ea repetitio ꝓcedat ex p̃ſumptione iuris.nu.5.
1 Repetita an cenſeantur in contractu poſtea celebrato ea, que in prefationibꝰ dicta ſunt, vbi ꝯctꝰ ex interuallo eſt celebratꝰ.atqꝫ inibi de intellectu.l.per retentionẽ.C.de vſur.fo.389.nu.3.

Replicatio.

2 Replicatio ſe habet ad exceptionem ſicut ſe habet exceptio ad actionem.fo.114.nu.93.

Reprehenſio.

1 Reprehenſionem aliquando eſſe vtilem.fol.145.nu.25.

Repreſalię.

1 Repreſaliarũ vſus vnde emerſerit.fo.127.nu.23.⁊ fo.150.n.29.
3 Repreſalie ꝯ municipes aliquos cõceſſe an exerceri poſſint ꝯ eũ qui eſt ex eo municipio,alibi tñ habitat.⁊ an cõtra eũ qui in eo quidẽ municipio habitat, ſed originẽ ducit a loco cõcedente dictas repreſalias.fo.51.nu.46.⁊ nu.48.⁊.53.⁊.55.⁊.60.
3 Repreſalie conceſſe cõtra aliquos municipes,an comprehendant eos,qui ex eo municipio migrarũt in locũ a quo repreſalie emanarunt.fo.29.nu.269.⁊ nu.274.⁊.275.⁊.277.
3 Repreſalie cõceſſe cõtra peruſinos an habeant locũ cõtra eum qui peruſij habitat,eſt tamẽ Romanus origine.fo.5.num.77.
3 Repreſalijs cõtra peruſinos per bononiẽſes cõceſſis an cõprehendat peruſinus bononie habitans.fo.51.n.57.⁊ nu.ſeq.⁊.59.
3 Repreſalias eſſe odioſas.fo.5.nu.78.
3 Repreſalijs cõtra aliquã ciuitatẽ cõceſſis poſſit ne capi ciuis dicte ciuitatis qui domiciliũ alibi habeat.fo.39.nu.29.
3 Repreſalie quare concedantur.fo.28.nu.243.
3 Repreſalias inductas eſſe contra ius diuinum,canonicum,ac ciuile.fo.29.nu.259.
3 Repreſalie cõceſſe peruſinis cõtra bononiẽſes an poſſint exerceri contra peruſinum habitantem bononie.fo.45.nu.46.
3 Repreſalie conceſſe contra ciues alicuius ciuitatis an poſſint exerceri cõtra extraneum,qui ex priuilegio effectus eſt ciuis illius ciuitatis.fo.45.nu.43.
3 Repreſalie cõceſſe cõtra peruſinos an poſſint exerceri cõtra peruſinos alibi quam peruſij habitantes.fo.44.nu.33.⁊ nu.35.⁊ 37.⁊.39.⁊.42.
3 Repreſalie conceſſe contra ciues aliquos an poſſint contra filios eorũ exerceri,qui ex lege vel ſtatuto ciues fiũt.f.45.nu.45.
3 Repreſalijs contra peruſinos conceſſis,nõ cenſentur conceſſe contra eum,qui ſolo nomine peruſinus eſt.fo.50.nu.40.
3 Repreſalie ob quam cauſam ſoleant iudici.fo.51.nu.49.
3 Repreſalijs cõceſſis cõtra ciues alicuius ciuitatis an capi poſſint q ſunt de territorio aut comitatu ciuitatis illiꝰ.fo.7.n.121.
3 Repreſalie conceſſe ab vna ciuitate an poſſint exerceri contra eum,qui originem ducit ab ea ciuitate, ſi domicilium habet in illa,contra quam ſunt conceſſe.fo.7.nu.113.
3 Repreſalie cõceſſe cõtra peruſinos an poſſint indiſtincte exerceri contra peruſinos nomine appellatiuo vbicunqꝫ habitent.fo.28.nu.244.⁊ nu.ſeq.⁊.248.⁊.250.⁊.258.⁊.279.
3 Repreſalias conceſſas contra ciues peruſinos nõ exerceri cõtra eos qui ſunt de comitatu:et quid ſi ſint conceſſe ſimpliciter contra peruſinos.fo.30.nu.302.
6 Repreſalie an poſſint concedi cõtra omnes ciues propter delictum vnius ciuis.fo.210.nu.15.
6 Repreſalie propter aliquẽ cõceſſe ſi exigant ab alio eiꝰ cõciue, an is q eas ſoluit poſſit indiſtincte repetere ab eo in cuiꝰ odiũ conceſſe fuerant.fo.210.nu.10.⁊ nu.ſeq.vſqꝫ ad nu.14.
7 Repreſalie an ſint permiſſe de iure.fo.427.nu.204.

Reprobare. Reprobans.

2 Reprobare is poteſt,qui poteſt approbare.fo.50.num.39.
3 Reprobari eum qui approbatus eſt,nõ eſſe a iure alienum.fol.489.numero.371.
1 Reprobantes quẽ ſemel approbauerant,an teneant reſtituere ſalarium,quod pro approbatione habuerant.fo.11.nu.36.

Repudiare. Repudians.

4 Repudiare quid ſit.fo.60.nu.1.
3 Repudiare hereditatem et abſtinere hereditate qui differunt.fo.456.nu.14.
4 Repudiare hereditatem vel legatum an ſit alienare.fol.63.nu.43.⁊ nu.48.⁊.51.
8 Repudiare an videatur qui dixit ſe non eſſe heredẽ,vel ſe nolle adire.fo.115.nu.11.
8 Repudians hereditatem ſimpliciter cẽſetur repudiare omne ius quod habet in ea.fo.164.nu.122.
8 Repudiare hereditatem an videatur, qui negat ſe heredẽ.fol.116.nu.4.5.⁊.7.
8 Repudiare an videatur,qui dicit,nolo eſſe heres, nolo adire, ⁊ ſimilia.fo.116.nu.7.⁊.8.
8 Repudiare hereditatem an cenſeatur is,qui dicit,nolo adire.fo.159.nu.64.⁊.69.
8 Repudiare an cenſeatur is,qui dicit,nõ adibo.⁊ quid ſi dicat, nolo eſſe heres,vel nolo hereditatẽ.⁊ quid ſi dicat nõvolo adire.fo.145.nu.94.nu.ſeq.
2 Repudians onus adiectum legato cenſetur repudiare ipſum legatum.fo.75.nu.7.
8 Repudians hereditatem de iure ciuili an cenſeatur repudiare hereditatem de iure pretorio.fo.93.nu.16.⁊.19.
8 Repudians ius adeundi,vel dicens,nolo eſſe heres de iure ciuili,poteſt ſuccedere beneficio pretorij.et quid ſi ſimpliciter repudiet hereditatem,an cenſeatur etiam repudiare bonorũ poſſeſſionem.fo.34.nu.113.

8 Repudians ſucceſſionem de iure pretorio an poſſit ſuccedere de iure ciuili.fo.95.nu.24.⁊.26.
8 Repudiantis portionem accreſcere iure ciuili reliquis heredibus,qui ſunt in eodem gradu.fo.136.nu.35.
8 Repudians hereditatem paternam non poteſt conſequi auitam niſi de iure pretorio.fo.120.nu.3.
8 Repudians hereditatem an cenſeatur repudiare etiam bonorum poſſeſſionem.fo.146.nu.115.
8 Repudians de iure ciuili an cenſeatur repudiare de iure pretorio.fo.95.nu.44.

Repudiatio.

3 Repudiationem hereditatis fieri vel expreſſe vel tacite.⁊ quādo dicatur fieri expreſſe.fol.459.nu.91.
3 Repudiatio tacita hereditatis quomodo inducatur.fol.459.numero.92.
7 Repudiatione vnius non poſſe tolli ius iam alteri queſitū.fo.600.numero.23.
7 Repudiatio an plus poſſit in crimine adulterij, quā trāſactio vel pactum.fo.238.nu.35.
8 Repudiatio impedit tranſmiſſionem.fo.382.
8 Repudiationem induci ex geminato conſenſu.fo.136.nu.29.
8 Repudiatio an inducatur ex his verbis,nego me heredem:et an et illis,nolo adire.fol.136.nu.16.18.25.⁊.30.
8 Repudiatio an inducatur ex his verbis,nego me heredem,nō ſum heres,non adeo,vel nolo adire.fol.169.nu.37.
8 Repudiationem expreſſam filij non nocere patri: tacitam tamen,que inducitur per lapſum tēporis,nocere.et ad id ſit perpetuum.fo.69.nu.14.⁊.21.
3 Repudiatio hereditatis expreſſa qui differat a tacita.fol.459.numero.98.
8 Repudiatio expreſſa patris an noceat filio,aut repudiatio filij noceat patri.fo.59.⁊.60.nu.50.⁊.53.
8 Repudiatio filij expreſſa quare olim non noceret patri,tacita autem noceret.fo.81.nu.37.
8 Repudiatio an potius inducatur ex iſtis verbis,nolo hereditatem ad me pertinere,quam ex iſtis,nolo adire.fo.144.n.87.
8 Repudiatio inducatur necne ex his verbis,nolo conferre.fol.159.numero.65.
8 Repudiationem tacitam induci ex lapſu temporis preſtituti ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem.atqꝫ inibi ꝙ per lapſum eius temporis nō excludatur heres a iure adeundi de iure ciuili,quod durat.xxx.annis.fo.90.nu.14.
8 Repudiatio an inducatur per hec verba in futurum cōcepta, repudiabo,non adibo, profiteor me repudiaturū vel non aditurum,aut ſimilia.fo.123.nu.37.
8 Repudiationem ⁊ aditionem hereditatis iiſdē regulis procedere.fo.123.nu.34.
8 Repudiatio an inducatur ex his verbis non adeo, vel ſimilibus.⁊ nu.26.⁊.27.⁊.29.⁊.30.fo.121.⁊.122.nu.24.26.27.29.⁊.30.
8 Repudiationem aliam eſſe tacitam,aliam expreſſam.folio.57.numero.3.
8 Repudiatio tacita filijfa.an magis noceat patri,quam expreſſa.fo.59.nu.45.
8 Repudiatio hereditatis an inducatur ꝑ hec verba, nolo adire.fo.144.⁊.145.nu.76.⁊.84.86.88.⁊.99.
8 Repudiatio reſultans ex lapſu tēporis cenſetur potius ficta, quam tacita.fo.81.nu.34.
8 Repudiationem expreſſam ⁊ tacitā a pari procedere an ſit verum.fo.38.nu.147.
8 Repudiationē indiſtincte reſultare ex iis verbis,nego me heredem,non ſum heres,non adeo, volo repudiare,nolo adire,⁊ ſimilibus.⁊ an id ſit perpetuum.fo.122.nu.31.⁊.32.
8 Repudiatio tacita inducta a lege fortior eſt quaꝫ expreſſa inducta ab homine.fo.76.nu.25.
8 Repudiationem plerunqꝫ poni pro abſtenſione,et contra.fol.144.numero.73.
8 Repudiationem reuocandi facultas tranſmittitur ad heredē.fo.146.nu.117.
8 Repudiatio filij expreſſe et abſolute facta an excludat eum a quocunqꝫ capite.fol.81.nu.44.⁊.45.
8 Repudiatio filij an preiudicet patri vel contra.fo.89.numero 17.19.⁊.21.
8 Repudiatio an ⁊ quando inducatur per lapſum termini dati ad deliberandum,⁊ quando inducatur aditio.fo.160.nu.78.
8 Repudiatio hereditatis an inducatur ex his verbis,nego me heredem.fo.158.nu.49.
8 Repudiationem tacitam filij plus preiudicare patri quam expreſſam,an ⁊ quando verum ſit.fo.91.nu.39.
8 Repudiatio tacita an ⁊ quādo plus operetur quam expreſſa.fo.408.nu.263.

Repudium.

2 Repudiū an ſit hodie permiſſum inter coniuges,⁊ quatenus, ⁊ quibus ex cauſis.fo.12.nu.4.⁊ nu.ſeq.
3 Repudium nō dari niſi ex cauſis in iure expreſſis, licet olim ex libera voluntate daretur.fo.12.nu.3.

Res.

2 Rei appellatio quam late pateat.fo.25.nu.18.
2 Rei vocabulum latius patere quam crediti.fo.5.nu.5.
2 Rei nomen generale eſſe.fo.31.nu.15.
1 Rei vocabulum generaliſſimum eſſe.fo.358.nu.25.
1 Res quando dicatur deſinere eſſe integra reſpectu procuratoris ad negotia.fo.509.nu.12.
1 Rei cuiuſqꝫ pars potiſſima principium eſt.fol.125.num.8.⁊.13.
2 Rem habere cenſetur, qui habet actionem ad ipſam rem.folio 12.numero.4.
1 Res in iudicio petita quomodo deſignanda ſit.fo.372.nu.23.
2 Rei traditione cum tranſlatione dominij hoc acto vt eadē res reſtituatur,qui contractus oriri poſſint.fo.44.nu.11.
1 Rem ipſam remoueri ab eo,a quo rei cauſa et origo remouet.fo.182.nu.93.
1 Res quando dicatur non integra,vt ita duret iuriſdictio delegata etiam poſt mortem delegantis.fo.336.nu.41.
1 Res facti quomodo differant ab his que ſunt iuris.folio.371.numero.6.
1 Res dici indiuiſibiles varijs modis.fo.368.nu.11.
1 Res corporalis an poſſit dici indiuidua.fo.368.nu.10.
1 Res in ſe indiuiſa poſſit ne habere partes diuiſas . folio.368.numero.7.
1 Res vna omnino indiuiſa nunquid poteſt eſſe plurium ceſſante omni diuiſione.fo.368.nu.9.
1 Rem eandem poſſe diuerſis rationibus diuerſo iure cēſeri.fo.504.numero.148.
1 Res eſſe integra quouſqꝫ cenſeatur.fo.337.nu.14.
1 Rem eandem non poſſe diuerſo iure cenſeri quomodo intelligendum.fo.481.nu.103.
2 Rem ſuam recipiēs a poſſeſſore titulo locati,commodati,aut precarij non tenetur reſtituere.atqꝫ inibi effectus aliquot huiuſmodi contractus.fo.276.nu.25.
2 Res pondere,numero,menſurave conſiſtentes functionem in genere ſuo recipere per ſolutionem magis quam per ſpeciem, quomodo intelligendum ſit.fol.38.nu.9.
2 Re ita data,vt dominium trāſferatur,⁊ alia res in diuerſo genere reddatur,qui contractus oriri poſſint.fo.43.nume.7.⁊.9.
2 Rei vocabulum non ſemper generale eſſe.fo.6.nu.5.
2 Rei debite interitum aliter conſiderari apud eum qui actione reali,quam apud eum qui actione perſonali tenetur ⁊ cur tam varie.fo.60.nu.46.
2 Rem ſuam per errorem reſtituens ei , a quo vel cōduxerat,vel commodato aut depoſito acceperat,habet cōdictionem indebiti.fo.276.nu.26.
2 Rem mutuo acceptam reddi in eadem bonitate an ſit de ſubſtantia mutui,an de natura.fo.47.nu.3.
2 Rei verbum per ſe generale reſtrictionem recipit ab adiūcto.fo.18.nu.43.
2 Res,que mea eſt , poteſt aliqua ratione eſſe mihi debita.folio 276.nu.22.
2 Res ſi ita detur,ne dominium transferatur, ſed vt eadem reddatur,qui contractus ex ea conuentione oriri poſſint.fol.43.numero.5.
2 Rei interitum indiſtincte preſtari a malefidei poſſeſſore in actione reali.⁊ an idem in actione perſonali.fo.60.nu.50.
2 Rei appellatione perſonam comprehendi.fo.5.nu.4.
2 Rei periculum ſpectare ad recipientem,vbi contractus ſit gratia ipſius,quatenus verum ſit.fol.55.nu.6.
2 Rem ex pecunia dotis putatiue emptam effici quaſi dotalem.fo.256.nu.61.
2 Rem ſuam nemini obligari poſſe.fo.266.nu.76.
2 Rem ſuam ſtipulari nemo poteſt:licet ſibi debitum ex vno cōtractu poſſit ex alio contractu ſtipulari.fol.276.nu.15.
1 Rem denominari a ſtatu preſenti prout nunc ſubſiſtit , non prout aliquando erit.fo.230.nu.8.
1 Res an ⁊ quando cenſeatur mutata numero eius mutato.fol.129.numero.42.
3 Res empta ex pecunia pupilli efficitur ipſius pupilli.fol.47.numero.73.
3 Res furtiua vel vi poſſeſſa nullo tempore preſcribi poteſt.folio.530.numero.40.⁊ an id ſit perpetuum.numero.42.et.43.⁊ 123.⁊.125.

3 Res eccleſie quanto tempore preſcribantur.f.510.n.198.⁊ ſeq.
3 Rem ſemper tranſire cum integro ſuo ſtatu.fo.496.nu.459.
3 Res omnis facile redit ad ſuam naturam.fo.26.nu.161.
3 Res empta ex pecunia dotali quibus caſibus efficiatur dotalis.fo.94.nu.450.
3 Res ſubiectas reſtitutioni per fideicommiſſum, poſſe per heredem grauatũ alienari, aut hypothece titulo dari fauore dotis,⁊ donationis propter nuptias.fo.67.nu.125.
3 Rem alienam datam in dotem dici dotalem.fo.10.nu.202.
3 Res mobiles dotales an iure antiquo indiſtincte alienari potuerint vt ex ea alienatione dominium trãſferretur.f.126.n.25.
3 Res mobilis dotalis an poſſit alienari.fol.70.nu.161.⁊ nu.163.
3 Rebus eſtimatis in dotẽ datis an dotans teneatur marito ad duplam ratione euictionis.fo.96.nu.475.
3 Res emptas ex pecunia dotali eſſe quaſi dotales.fo.31.nu.318.
4 Res reſtitutioni ſubiecte nõ poſſunt alienari pro dote, quam maritus confeſſus eſt ſe habuiſſe.fo.204.nu.146.
4 Rem vnam non ſuccedere loco alterius in particularibus,aliter atq; in vniuerſalibus.fo.337.nu.98.
4 Res aliena poteſt a patre relinqui filio ꝑ legitima.f.385.n.50.
1 Rei vẽdicatio an competat pro iure patronat⁹.fol.507.nu.6.
4 Rem aliquam nõ debere diuerſo iure cenſeri,quomodo intelligendum ſit.fo.377.nu.31.
4 Res vna ſi in aliam ſimpliciter conuertatur, naturã rei attendi,in quam fit conuerſio.fo.82.nu.158.
5 Rem ſuam nemini ſeruire.fo.131.nu.49.
5 Rei vocabulum generalius eſſe quam pecunie.fol.333.num.55.
5 Rem eandem diuerſimode accipi ſecundum diuerſas conſiderationes.fo.7.nu.19.
5 Rem facile redire ad ſuam naturam.fo.339.nu.33.
5 Rem petens in iudicio cẽſetur agere petitorio pro ipſa re corporali,non autem poſſeſſorio pro ipſa poſſeſſione.fol.3.nu.16.
5 Rei vendicatio an detur cõtra ciuiliter tantum poſſidentem.fo.332.nu.38.⁊ nu.ſeq.⁊.40.
5 Rei appellatione an homo indiſtincte contineat̃.fo.333.n.57.
5 Rem quamlibet in dubio cenſeri liberam.fo.410.nu.207.
5 Rem aliquam non videri eius eſſe,qui non poteſt eam vendicare.fo.14.nu.159.
5 Rei appellatione in diffinitione furti non cõprehendi incorporalia.fol.3.nu.15.
5 Rem vnã ⁊ eandẽ poſſe quantũ ad conſideratione intellectualem diuerſo iure cenſeri propter varias rationes.fo.8.nu.62.
5 Rei verbum eſſe generale comprehendens omnia que in mundo ſunt.fo.14.nu.165.
5 Rem noſtram ab alio poſſeſſam aut detentã qua actione perſequamur.fol.305.nu.29.
6 Rem aliquando accipi pro eſtimatione.fol.304.nu.215.
6 Rem aliquam tractari in genere,aliud eſſe, quam genus eius rei tractari.fo.23.nu.7.
6 Res corporalis animata ſit ne natura diuidua.fo.204.nu.2.
6 Res quando dicatur deſinere eſſe integra.fo.529.nu.39.
6 Res an ⁊ quando denominet̃ a digniori ſui parte.f.168.n.117.
6 Res debita cuius periculo pereat intra tempus quod datur ad moram purgandam.fo.418.nu.53.
6 Rei expreſſionẽ non eſſe de forma ſtipulationis,ſed requiri ad eius executionem.fo.162.nu.29.
6 Res tranſit cum ſua cauſa ad quẽcũq; trãſeat.fol.580.nu.94.
6 Res ſolere ex fine dijudicari, ⁊ ſecundum effectum conſiderari.fo.330.nu.127.
7 Rei incumbere ac inſiſtere tutius eſſe,quam in rem vel in perſonam agere.fo.586.nu.174.
7 Rerum appellatione venire hereditatem.fo.189.nu.9.
7 Rerum appellatione venire obligationes.fo.295.nu.92.
7 Rem tantum valere,quantum vendi poteſt.fol.491.nu.249. et quomodo id intelligendum ſit.nu.ſeq.⁊.266.vſq; ad nu.271.
7 Res dicitur pretioſa ex qualitate ipſius.fo.430.nu.281.
7 Res vẽdita an ex eo minoris eſtimanda ſit,ꝙ venditioni adiectum eſt pactum de retrouendendo.fo.505.nu.16.
7 Rem meam publicatam ob non ſolutum vectigal an poſſim emere per me vel per alium.fo.529.nu.64.
7 Rerum,que poſſunt eſtimari,ſpecies tres.fol.490.nu.218.
7 Re ſua vti et abuti cuiq; licere iure ciuili.fo.29.nu.17.
7 Reum ex cauſa poſſe compelli ad fundandam intentionẽ actoris.fol.72.nu.7.⁊ quibus caſibus id cõtingat.nu.26.⁊.37.⁊.38.
8 Rem eandem diuerſo iure cenſeri nõ debere,quatenus verum ſit.fo.284.nu.62.
8 Rem per principem alicui ablatam debere ei,ceſſante ea cauſa,reſtitui ſi fieri poteſt.fo.521.nu.35.
8 Res vna an et quando poſſit diuerſo iure cenſeri.fol.205.numero.65.
8 Rei appellatione an veniat lucrum,quod quis ex re ipſa facere potuiſſet.fo.460.nu.205.⁊ nu.205.
8 Rei,de qua agitur, terminos imprimis cognoſcendos.folio 484.numero.1.
8 Rei appellatione an contineatur damnum aut lucrum.folio 488.numero.69.
8 Rem euictam haberi pro non tradita.fo.435.nu.18.
8 Rem alienã ſcienter tradens ad cuiuſmodi intereſſe teneatur. ⁊ quid ſi ignoranter.fo.448.nu.80.⁊.82.
8 Res an differat a ſui eſtimatione.fol.489.nu.77.
8 Res omnis facile reuertitur ad ſuam naturam.folio.200.numero.85.
8 Rei vocabulum augmenta deminutioneſq; comprehendit.fo.444.numero.20.
8 Rem illam cenſeri eſſe in bonis noſtris,quando pro ea competit nobis actio ⁊ exceptio.fo.466.nu.332.
8 Rem vnam ⁊ eandem non debere diuerſo iure cenſeri.fol.24.numero.17.

Reſpub.

6 Reipublice appellatio poſſit ne referri ad omnes ciuitates.folio.573.nu.14.
6 Reſpublica quot modis accipiatur.fo.573.nu.15.
3 Reipu.quamobrem interſit ciuitatem repleri liberis.folio.63.numero.57.
1 Reſpub.vnius quamplurium imperio rectius adminiſtratur.fo.153.nu.84.
1 Reipublice intereſſe quamplurimos admitti ad defendẽdum cauſam alicuius.fol.455.numero.33.et quatenus id verum ſit.numero.35.
1 Reipu.peſtis maxima que ſit.fo.156.nu.31.
1 Reipu.appellatione in iure canonico quid veniat.folio.28.numero.7.

Rei vendicatio.

1 Rei vendicatio detur ne contra ciuiliter tantum poſſidentem.fo.508.nu.19.
1 Rei vendicatio que datur domino contra eum qui dolo deſijt poſſidere ſit ne directa an vtilis.fo.508.nu.20.
1 Rei vendicationem nonnunquam competere ei qui nec dominus eſt,nec vnquam fuit.fo.508.nu.22.
2 Rei vendicatio, que heredi aduerſus defunctũ cõpetebat, an ſucceſſione confundatur, atque ita extinguatur.folio.269.numero.23.
2 Rei vendicationem competere ad rem donatam ſub modo,ſi modus non adimpleatur.fo.310.nu.99.
2 Rei vendicatio quibus caſibus detur ſoluto pretio.folio.310.numero.98.
2 Rei vẽdicationis iudicio abſolutus ob id quod ſine dolo deſierat poſſidere, ſi rurſus ceperit poſſidere, poterit iterum rei vendicatione conueniri.fo.271.nu.62.
2 Rei vendicatione conuentus ad quid poſt moram teneatur.fo.87.nu.46.
2 Rei vendicationem ſumere originem a dominio.fol.279.numero.6.
3 Rei vendicatio an competat pro dote.atq; inibi ꝙ incorporalia non vendicentur.fo.34.nu.432.
3 Rei vendicatio competat necne mulieri pro rebus dotalibus conſtante matrimonio viro vergente ad inopiam.fol.153.numero.16.
3 Rei vendicationem non dari ad vniuerſitatem iuris.folio.10.numero.211.
3 Rei vendicationem competere heredi pro rebus hereditarijs.fo.35.nu.433.
3 Rei vendicationem nõ dari poſſidenti ſeu detinenti.fol.487.numero.345.
3 Rei vendicatione agi poſſe pro vendicanda poſſeſſione naturali.fo.503.nu.54.
3 Rei vendicationem,publicianam,⁊ cõdictionem poſſeſſionis poſſe in eodem libello intendi.fo.421.nu.103.
5 Rei vendicatio cõtra naturaliter poſſidentem et interdictum vti poſſidetis ratione ciuilis poſſeſſionis per actorem retente an poſſint cumulari:⁊ an tendant ad eũdem finem et effectum.fo.250.nu.64.⁊ nu.ſeq.⁊.66.
5 Rei vendicatio an ⁊ quomodo detur poſſidenti.folio.331.numero.8.
5 Rei vendicationem non dari pro rebus, que non ſunt in commercio hominum.fo.333.nu.52.
5 Rei vendicationem non competere niſi pro re corporali.fol.333.numero.50.

5 ¶Rei vendicationem dari etiam aduerſus eū qui poſſidet tantum ciuiliter.fo.294.nu.225.

5 ¶Rei vendicatio poſſit necne proponi aduerſus ſimplicem detentatorem.fo.333.nu.47.⁊ ſeq.

5 ¶Rei vendicatione agens ſi ſciat ſe poſſidere,an cēſeatur renūtiare ipſi poſſeſſioni.fo.294.nu.228.⁊ nu.230.⁊.231.

5 ¶Rei vendicatio vt locum habeat, que requirantur.folio.332. numero.33.⁊.37.

5 ¶Rei vendicatio competat necne contra eum,qui tantum ciuiliter poſſidet.fo.296.nu.249.

5 ¶Rei vendicationem intendens cenſetur negare aduerſarium iuſte poſſidere.fo.262.nu.107.

5 ¶Rei vendicatione agens videatur necne renūtiare poſſeſſioni quam habet.fo.263.nu.118.

5 ¶Rei vendicatio vt competat,que ſint neceſſaria.fo.14.nu.160.

5 ¶Rei vendicatio qui differat ab interdicto vti poſſidetis.folio 264.numero.134.

5 ¶Rei vendicationem requirere duo extrema,nempe dominium penes actorem,⁊ poſſeſſionem penes reum.fo.263.nu.119.

5 ¶Rei vendicationem proponens petit et ſe dominum declarari,⁊ poſſeſſionem apud reum exiſtentem in ſe transferri.fo.335. numero.94.

5 ¶Rei vendicationem dari contra eum qui dūtaxat detinet.fol. 294.nu.226.⁊ nu.252.⁊ an id ſit perpetuum.nu.253.

5 ¶Rei vendicationem duplicem eſſe,nempe formalem et cauſalem.fo.287.nu.122.

5 ¶Rei vendicationem poſſe intendi contra detentatorem,nedū contra poſſeſſorem.fo.250.nu.60.

5 ¶Rei vendicationem itemqꝫ interdictum vti poſſidetis dari cōtra turbantem ⁊ inquietantem.fo.262.nu.108.

5 ¶Rei vendicatio vt proponi poſſit,ſufficere ex parte rei cōuenti detentationem,nec requiri poſſeſſionem.fo.256.nu.31.⁊.129.

5 ¶Rei vendicatio an ⁊ qualis competat poſſeſſori.fo.271.nu.13.

5 ¶Rei vendicationis iudicio pēdente ſi poſſeſſio rei, de qua agitur,perueniat ad actorem,an reus ſit abſoluendus ab obſeruatione iudicij.fo.249.nu.59.

5 ¶Rei vendicationem proponens in primo iudicio non impeditur poſtea intentare poſſeſſorium retinende,ac nec poſſeſſorium recuperande, aut etiam adipiſcende.fo.244.num.3.⁊ an hoc ſit perpetuum.nu.ſeq.

6 ¶Rei vendicatio vnita cū actione perſonali quos effectus operetur.fo.272.nu.35.⁊ nu.ſeq.vſqꝫ ad nu.37.

6 ¶Rei vendicatione cōcurrente cum actione ſtricti iuris, actionem dari contra eum heredem qui poſſidet non contra alios. atqꝫ inibi an hoc ſit perpetuum.fo.259.nu.21.

6 ¶Rei vendicatio cōcurrens cum actione perſonali ſtricti iuris an detur inſolidum contra eum ſolum ex pluribus heredibus, qui rem poſſidet.fo.248.nu.45.⁊ ſeq.

6 ¶Rei vendicatione cum actione ſtricti iuris concurrente, an cōtra eum ſolum ſit agendum,qui rem habet.fo.217.nu.90.⁊ nu. ſeq.⁊.93.⁊.94.

6 ¶Rei vendicatione cōcurrente cum actione perſonali ſtricti iuris,an is ſolus ex heredibus teneatur et inſolidum, qui poſſidet.fo.235.nu.88.

7 ¶Rei vendicationis et interdicti vnde vi diuerſas eſſe cauſas. fo.114.nu.120.

7 ¶Rei vendicationem non extingui domino adeunte hereditatē poſſeſſoris.fo.165.nu.5.

7 ¶Rei vendicatione agens ſi ſolum probet vtile dominium, nō autem directum,an debeat obtinere.fo.95.nu.85.

8 ¶Rei vendicatione agens ſi ſuccubuerit ob id, ꝙ non erat dominus,⁊ appellauerit,an debeat obtinere in cauſa appellationis,ſi pendente appellatione queſierit dominium.fol.509.n.11.

8 ¶Rei vendicationem proponi poſſe contra ciuiliter tantū poſſidentem.fo.425.nu.69.

8 ¶Rei vendicatione conuentus ſi nolit legitime cauere,tranſlationem poſſeſſionis patitur.fo.513.nu.2.

Reſcindi. Reſciſſio. Reſciſſorium.

7 ¶Reſcindi non poſſe quod nullum eſt.fo.302.nu.29.

8 ¶Reſcindi non poſſe quod nullum eſt.fo.234.nu.11.

7 ¶Reſciſſio cōtractus adhoc vt peti poſſit pretextu leſionis, an ſufficiat leſionem eſſe in vno nummo vltra dimidiam iuſti pretij.fo.479.nu.52.

7 ¶Reſciſſionem cōtractus pretextu leſionis vltra dimidiam iuſti pretij poſſit ne is venditor petere,qui pactus eſt cū emptore,vt ſi pretium intra certum tempus reſtitueret, res vendita ſibi redderetur.fo.480.nu.56.⁊ nu.84.⁊.111.

2 ¶Reſciſſorium remedium competens ex dolo aduerſarij reſcindit contractum non quidem in fauorem doloſi,ſed in fauorem alterius qui non fuit in dolo.fo.162.nu.6.

7 ¶Reſciſſoria actio quare ſic dicatur: et an ſit proprium nomen actionis:⁊ que ſit vtilitas huius conſiderationis.folio.325.numero.14.⁊ nu.16.

7 ¶Reſciſſoria actio an ſit datiua an natiua.fo.325.nu.19.

7 ¶Reſciſſoria actio quanto tempore duret.fo.325.nu.22.

7 ¶Reſciſſoria actio,que reſtituto datur,quando incipiat competere.fo.325.nu.21.

7 ¶Reſciſſoria actio an competat tā in perſonalibus,quā in realibus:⁊ an tā in re mobili quā in re immobili.fo.325.nu.17.⁊ ſeq.

8 ¶Reſciſſoriam actionem ſtricti iuris eſſe etiā que ad teſtamentē reſcindēdū datur, eāqꝫ ob affectionē cōpetere.f.446.n.41.

Reſcriptum.

1 ¶Reſcriptum quid proprie dicatur.fol.222.ſub nu.61.

1 ¶Reſcripta eſſe ſtricti iuris.fo.479.nu.75.⁊.82.

1 ¶Reſcripta,pacta,⁊ priuilegia interpretationem accipiūt a iure communi.fo.108.nu.195.

1 ¶Reſcriptum nihil operari non eſt inconueniens,aliter atqꝫ in ſtatuto aut priuilegio.fo.222.nu.63.

3 ¶Reſcripto principis nō eſſe parendum,vbi ex eo oriretur ſcandalum.fo.190.nu.41.

3 ¶Reſcripto principis quod emanauit in preiudicium publice vtilitatis,an ⁊ quando parendum ſit.fol.190.nu.50.

3 ¶Reſcriptum generale non derogare priuilegijs cōceſſis alicui collegio conſtituto gratia publice vtilitatis.fo.190.nu.48.

3 ¶Reſcriptum impetratiuum beneficij nō cenſeri ſubreptitium per omiſſionem mentionis alterius beneficij, quod impetrās ignorabat ſibi collatum.fo.198.nu.275.

3 ¶Reſcriptum principis quando non vitietur ex omiſſione clauſule motus proprij, etiam vbi negotium exigeret expreſſioneʒ eius clauſule.fo.193.nu.145.

3 ¶Reſcripta principū ſola ſcriptura ꝓbari poſſunt.fo.292.n.19.

3 ¶Reſcriptum non valere, per quod ius alteri ex cōuentione ſeu contractu competens tollitur.fo.494.nu.436.

3 ¶Reſcripta principum ſi in publicum damnoſa ſunt, ipſo iure nulla iudicantur a lege.fo.505.nu.97.

3 ¶Reſcripto principis non poſſe tolli vitium rei furtiue vel vi ablate.fo.530.nu.47.

4 ¶Reſcripti verba debēt proprie ⁊ ſtricte intelligi.fo.156.nu.38.

3 ¶Reſcriptū principis gratioſum debere ſic interpretari,vt minus,quam fieri poteſt,ledat ius commune.fo.549.nu.94.

4 ¶Reſcriptum geminatum ſeu geminatam conceſſionem habere vim clauſule(motu proprio)fo.81.nu.142.

3 ¶Reſcriptū principis a quo interpretari debeat.fo.544.nu.27.

5 ¶Reſcriptū principis in quo apponuntur hec verba,ſupplentes omnem defectum, non extendi ad defectum iuris naturalis,vel iuris gentium.fo.60.nu.59.

5 ¶Reſcripti copiam debere inſeri in citatione emananda a iudice delegato.fo.164.nu.72.

5 ¶Reſcriptum aut priuilegium deuians a communi ſtylo,ſuſpectum eſſe de falſo.fo.13.nu.134.

5 ¶Reſcriptū nihil operari niſi integrū producat.fol.20.nu.271.

6 ¶Reſcriptū pro parte ſubreptitiū an vitiet in totū.fo.159.n.17.

6 ¶Reſcriptum impetratum a duobus, quorum alter eſt inhabilis,an ſaltem valeat reſpectu eius qui eſt habilis.fo.88.nu.11.

6 ¶Reſcriptum,quo mandatur factum inueſtigari pure ⁊ ſimpliciter,quam interpretationem recipiat.fo.127.nu.25.

6 ¶Reſcriptum impetratum in grande preiudicium tertij,nō valere.fo.549.nu.46.

6 ¶Reſcriptum principis habere vim legis.fol.549.nu.43.et an id ſit perpetuum.nu.ſeq.

6 ¶Reſcriptum contra ius commune vel vtilitatem publicā impetratum eſſe reijciendum.fo.549.nu.45.

7 ¶Reſcriptū valeat necne,per quod quis obtinuit cauſam delegari alicui contra ſcholarem.fo.428.nu.231.

7 ¶Reſcriptum aduerſus legem vt valeat,an ſufficiat adijci clauſulam generalem,non obſtantibus legibus, an vero adijciēdū ſit ſpecialiter,non obſtante tali lege.fo.235.nu.8.

7 ¶Reſcriptum impetratum contra ius non aliter valet,quam ſi ius illud exprimatur in reſcripto.fo.428.nu.232.

7 ¶Reſcriptum,quo princeps, viſo libello ſupplicātis aduerſus tranſactionē,mandat alicui ꝙ ſupplicationē videat,⁊ iuſtitiā faciat,an det iuriſdictionem per quā poſſit reſcindi trāſactio. fo.235.nu.9.⁊ ſeq.

7 ¶Reſcripto principis a muliere ſecundo nubente adhoc impetrato,vt retineat dignitatem primi viri, an cenſeantur remiſſe etiam alie pene ſecundo nubentium.fo.543.nu.124.

7 ¶Reſcriptum ſuper cauſis vel litibus legitima tranſactione finitis preſumitur impetratum per obreptionē.atqꝫ inibi ꝙ talis exceptio

lis exceptio impedit iuriſdictionem iudicis.fo.235.nu.6.
8 Reſcripti vigore impetrati contra titium et quoſdam alios quot conueniri poſſint.fo.455.nu.77.

Reſeruatio.

7 Reſeruatio facta in aliquo actu quando vitiet ipſum actũ.fol. 57.nu.20.⁊.22.

Reſiſtere.

1 Reſiſtere alicui an liceat ob defenſionem rerum ſuarum.fo.22. numero.39.
5 Reſiſtere licet vnicuiq; propria authoritate ei, qui bona alicuius capit citra mandatum iudicis.fo.305.nu.16.

Reſpondere. Reſpondens.

3 Reſpondere interrogantibus varie ſolent iuriſcõſulti pro modo interrogationis ⁊ pro qualitate interrogantis.fol.250.nu. 2.⁊ nu.4.⁊.5.⁊.8.
3 Reſpondens ſub ea conditione, que ex cõiecturis tacite ineſt, an cenſeatur ſimpliciter reſpondere.fo.331.nu.6.
6 Reſpondere non videri eum, qui non intelligit interrogationem.fo.161.nu.6.

Reſponſio.

1 Reſponſio,qua reus fatetur ſe occidiſſe,ſed ad ſuam defenſionem,an integra accipi debeat,an vero ſcindi poſſit.fo.47.numero.25.
2 Reſponſio debet eſſe interrogationi conformis.fol.87.nu.36.
3 Reſponſionem preſumi factam ſecundum interrogationem. fo.149.nu.2.
3 Reſponſionem ſuam cõditionaliter factam an poſſit quis incontinenti reuocare.atq; inibi quando dicatur incontinẽti.fo. 331.numero.8.
3 Reſponſionem ſeu confeſſionem factam poſt terminum cõceſſum ad deliberandum non poſſe reuocari pretextu erroris.fol. 194.numero.159.
3 Reſponſionem factam poſitioni ſeu interrogationi aduerſarij poſſe incontinenti reuocari abſq; alia erroris probatione. fo.194.nu.158.
6 Reſponſio eius qui dicit ſe homicidium non perpetraſſe, aut ſi conſtet ꝙ perpetrarit,ꝙ id fecerit ad defenſionem ſui, an ſit admittenda.fo.127.nu.31.
6 Reſponſionem, quam reus oblato libello facit actori abſenti, non inducere litis conteſtationem.fo.186.nu.3.
6 Reſponſionem cenſeri talem qualis preceſſit interrogatio.fo. 127.nu.41.⁊.44.
6 Reſponſionem ambiguam declarandam eſſe ſecundum interrogationem certam ⁊ limitatam.fo.108.nu.10.
8 Reſpõſio facta poſt interrogationem preſumitur deliberata. fo.136.nu.28.

Reſtituere. Reſtitutus. Reſtituendus.

3 Reſtituere quid ſit.fo.153.nu.28.
2 Reſtitutus locus in.l.lecta.ff.ſi cer.peta.fo.118.nu.15.
1 Reſtituere apud Jurecõſultos frequenter accipi pro eo,quod eſt,in priſtinum ſtatum reponere.fo.316.nu.89.
1 Reſtitutus fame impetrans ſacerdotium hanc ipſam qualitatem exprimere debet.fo.19.nu.11.
3 Reſtitutus in dignitatem,a qua priuatus fuerat,an recuperet omnia,que amiſerat per eam priuationem.fol.280.nu.235.
3 Reſtituendi verbo quid contineatur.fo.281.nu.249.
3 Reſtitutus recuperans bona ſua an fructus ſimiliter recuperet.fo.281.nu.248.⁊ nu.252.
3 Reſtituto rebannito an ⁊ qui fructus ſint reſtituendi.fo.282. numero.254.
3 Reſtitutus an recuperet bona parti ob iniuriam ei factam applicata,quemadmodum recuperat ea que fiſco adiudicata fuerant.fo.281.nu.239.⁊ nu.241.⁊.244.
3 Reſtituere grauatus ſi ſine liberis decedat, an cenſeatur grauatus reſtituere liberis.fol.446.nu.446.⁊ nu.448.
3 Reſtitui quo caſu poſſit quis aduerſus peremptionem inſtãtie.fo.197.nu.246.
4 Reſtituens hereditatem quãdo poſſit quartam detrahere.fo. 66.numero.6.
4 Reſtituere hereditatem rogatus ſi ſponte adeat,quantum differat ab eo,qui coacte adit.fo.390.nu.12.⁊ nu.18.
4 Reſtituere rogatus vt heres quis dicatur.fo.80.nu.125.
4 Reſtituere quicquid ſupererit ex bonis,et reſtituere quicquid ſupererit ex hereditate,an ſint diuerſa.fo.391.nu.32.
4 Reſtituere rogatꝰ quicquid ex bonis ſupererit, aut quicquid ad eum peruenerit, an et quatenus fructus reſtituere debeat. fo.391.nu.31.⁊.33.
4 Reſtituere rogatus hereditatem poſt mortem ſuam exceptis redditibus,an partus ancillarum et fetus pecorũ retineat.fol. 391.nu.40.⁊.42.
5 Reſtituendi verbo quid ſignificetur.fo.70.nu.5.
6 Reſtituere, improprie aliquando accipi pro dare. folio.304. numero.219.
7 Reſtituendi verbum recte vſurpari pro datione,etiam ſi nihil antea ſolutum ſit.fo.267.nu.49.
7 Reſtituere obligatus non liberatur facta venditione.fo.520. numero.117.
7 Reſtituendi verbum poſitum in ſubſtitutione eſſe obliquum. fo.144.nu.37.
7 Reſtituendi verbum adaptari ad ſolutionem ⁊ dationem.fol. 504.numero.45.
7 Reſtitui an poſſit miles aduerſus eam preſcriptionem que cepta eſt eo preſente, cõtinuata eo abſente,ac demum completa eo preſente.fo.323.nu.5.⁊ nu.ſeq.⁊.8.⁊.12.⁊.14.
8 Reſtituere an et quando teneatur is, qui alium impediuit ne lucrum aut beneficium aliquod conſequeretur. folio.453.numero.11.
5 Reſtitutum in integrum aduerſus damnationem in metallũ cenſeri nouum hominem.fo.370.nu.119.
8 Reſtituta.l.pretia rerum.ff.ad legem Falcid.folio.448.numero.72.
8 Reſtitutus in integrum vt repudiet hereditatem, quã ſemel adiuit,non deſinit eſſe heres de iure ciuili.fo.139.nu.27.
8 Reſtitutum ad obligationem principalem cenſeri etiam reſtitutum ad acceſſoriam.fo.515.nu.8.
6 Reſtituende rei facultatem habens in actionibus bone fidei an ſolus ⁊ in ſolidum conueniendus ſit.fo.217.nu.83.et nume. ſequen.
6 Reſtituende rei cauſa in actione bone fidei an is ſolus ex heredibus conueniri poſſit,qui reſtituendi facultatem habet.folio 235.numero.26.

Reſtitutio.

3 Reſtitutio quid ſit proprie.fo.172.nu.113.
1 Reſtitutio in integrum ſit ne iuriſdictionis, etiam obſeruãdo diffinitionem iuriſdictionis a Bartolo traditam.folio.312.numero.8.
1 Reſtitutio in integrum vt poſſit peti nomine alterius quale mandatum requiratur.fo.362.nu.30.
1 Reſtitutionem in integrum,bonorum poſſeſſionis dationem, adoptionem,manumiſſionem, emãcipationem iuriſdictionis eſſe,non mixti imperij.fo.318.nu.123.
1 Reſtitutionem in integrũ apud Gallos facile impetrari aduerſus ſententiam ex contumacia latam:et an etiam aduerſus areſtum ex contumacia latum.fo.318.nu.134.
1 Reſtitutionem in integrum eſſe ſimplicis iuriſdictionis.folio 309.numero.27.
1 Reſtitutionem in integrũ non ceſſare ob decreti interpoſitionem.fo.457.nu.9.
1 Reſtitutionem in integrum ceſſare aduerſus ſentẽtiam latam ex plenis probationibus.fo.457.nu.8.⁊.10.
1 Reſtitutionem in integrum apud Gallos a ſolo principe impetrari.fo.318.nu.131.
2 Reſtitutionem in integrum nonnunquam competere ex diſpoſitione legis, aliquando autem dari facto hominis.fol.143. numero.1.
2 Reſtitutioni lex magis fauet, quam dationi.fo.261.num.188.
2 Reſtitutio in integrum an poſſit peti aduerſus ſententiam pretextu inſtrumentorum nouiter repertorum.fo.222.num.9.
1 Reſtitutionem aduerſus ſententiam auditis partibus a iudice prolatam non dari apud Gallos.fo.318.nu.132.
1 Reſtitutio minorũ, que maioribus magiſtratibus competit, delegari poteſt.fo.210.nu.86.
1 Reſtitutio aduerſus areſtum ſupreme curie quibus caſibus ſoleat apud Gallos dari.fo.318.nu.133.
1 Reſtitutionem in integrum non ſolum delegari poſſe,ſed etiã mandata iuriſdictione transfire.fo.318.nu.127.
2 Reſtitutio aduerſus ſententiam latam pretextu iuriſiurãdi ne ceſſarij coram quo petenda ſit.fo.162.nu.8.
2 Reſtitutio omnis cauſe quid complectatur,⁊ an comprehendat eſtimationem quanti plurimi.fo.87.nu.51.
2 Reſtitutio aduerſus ſententiam latam pretextu iuriſiurãdi neceſſarij poſſit ne perpetuo peti,an vero ſit intra quadriẽnium petenda.fo.184.nu.37.
2 Reſtitutio in integrum an poſſit incidẽter opponi,an potius debeat peti principaliter in modum actionis.fol.144.nu.23.⁊ nu.ſeq.⁊ nu.26.

1 Reſtitutio in integrum qua potiſſimum ratione petatur.fol.312.numero.9.
3 Reſtitutio que dicatur fieri ex mera iuſtitia.fo.297.nu.71.
3 Reſtitutio facta per principem non retrohitur.fo.296.nu.61.
3 Reſtitutio quo caſu extendatur ad fructus perceptos ⁊ percipiendos.fo.297.nu.67.
3 Reſtitutio gratie ⁊ reſtitutio iuſtitie qui differãt.f.282.n.253.
3 Reſtitutio filij deportati an et quando noceat nepoti.fol.296.nu.56.⁊ nu.58.
3 Reſtitutio an ⁊ quando preiudicet iuri alteri queſito.fo.280.nu.232.⁊ nu.236.⁊.238.
3 Reſtitutio an ⁊ quãdo tollat iura alteri queſita.fo.379.n.181.
3 Reſtitutio principis dominium retro nõ reſtituit, ſed ex nũc.fo.296.nu.62.
3 Reſtitutio in quo differat ab indulgentia vel diſpẽſatione.fo.297.numero.66.
3 Reſtitutionem factam per modum iuſtitie fauorabiliorẽ eſſe ea, que fit per modum gratie.fo.356.nu.118.
3 Reſtitutio in integrum quo caſu poſſit iterum poſtulari.fol.197.numero.269.
3 Reſtitutio quando trahatur ad bona alienata, vel per alium apprehenſa.fo.357.nu.120.
3 Reſtitutionis in integrum beneficium tolli vbi pleniſſima ſecuritas a iure conceditur.fo.510.nu.186.
3 Reſtitutio facta per principem reo criminis quid operetur.fo.503.nu.149.⁊.151.
3 Reſtitutionem facilius prohiberi vel impediri quã retentionem.fo.502.nu.44.
3 Reſtitutio in integrum primo conceſſa a pretore viuo differt ab admiſſione ſequentis per ſucceſſorium edictum pretoris mortui.fo.212.nu.81.
3 Reſtitutionem duplicem a iure concedi aduerſus aditionem ſeu immixtionem.fo.212.nu.85.
4 Reſtitutio fauorabilior eſt quam datio.fo.354.nu.10.
4 Reſtitutionem conceſſam bannito aut deportato queri ipſi ignoranti:⁊ quare.fo.181.nu.25.
4 Reſtitutione verbali facta fideicommiſſario vniuerſali an in eum tranſeat dominium.atq; inibi diſputatum an trãſeat ſine aliqua reſtitutione.fo.42.nu.90.⁊ nu.ſeq.
4 Reſtitutionis in integrum petende tempus quadriennio expirare.fo.239.nu.145.
5 Reſtitutionem facilius concedi ex capite minoris etatis,quã ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa ⁊c.fol.51.nu.222.cuius contrarium adſtruitur.nu.227.
5 Reſtitutionem eſſe in priſtinum ſtatum repoſitionem.fol.50.numero.202.
5 Reſtitutio poſſit necne competere,vbi datur actio in factum propter falſum.fo.414.nu.34.
5 Reſtitutionem deportati equiparari poſtliminio.f.366.n.68.
5 Reſtitutio pretoria intra quantum tempus cõcedatur.⁊ quid in reſtitutione,que datur retractata ſententia.fo.412.num.16.
5 Reſtitutio in integrum detur ne ei,contra quẽ res preſcripta eſt hereditate iacente.fo.354.nu.238.
5 Reſtitutio in rei vendicatione an veniat iure actionis,an officio iudicis.fo.250.nu.67.
5 Reſtitutio in interdicto vti poſſidetis veniat ne iure actionis,an vero per officium iudicis.fo.235.nu.90.
5 Reſtitutionem in rei vendicatione venire officio iudicis,non autem iure actionis,an ſit verum.fo.235.nu.89.
5 Reſtitutio rei in iudicio petitorio veniat ne iure actionis, an officio iudicis.fo.265.nu.135.
5 Reſtitutionem alicuius rei facilius impediri quam retentionem.fo.260.nu.86.
5 Reſtitutionem rei fieri mediãte officio iudicis,tametſi dominij declaratio veniat iure actionis,an ſit verum.fo.295.nu.243.⁊ an tale officium ſit mercenarium vel nobile.nu.ſeq.
5 Reſtitutionez ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa ⁊c.concedi etiam maioribus.fo.51.nu.221.
5 Reſtitutio conceſſa minori an ⁊ quando proſit eius aduerſarij.fo.62.nu.91.
6 Reſtitutio in integrũ ex capite ignorantie detur necne aduerſus preſcriptionem quadraginta annorum.fo.199.nu.72.
6 Reſtitutio in integrum poſſit ne peti nomine eorũ,que a prodigo geſta ſunt.fo.367.nu.18.⁊ nu.ſeq.
6 Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiã latam in cauſa criminali an poſſit per procuratorem peti.fo.537.nu.64.
6 Reſtitutionem aduerſus aliquem actum non continuo ob id denegandam,ꝙ eum actum lex ratum habeat.fo.367.nu.20.
6 Reſtitutionẽ in actionibus realibus fieri officio iudicis mercenario,in perſonalibus autem traditionẽ fieri officio nobili.fo.197.nu.42.
6 Reſtitutionem in integrum nõ dari aduerſus preſcriptionem triginta vel quadraginta annorum.fo.206.nu.39.
6 Reſtitutionem ex ſenatuſcon.Trebelliano alteri cedi, aut in alium transferri non poſſe:tranſire tamen in heredem.fo.488.numero.50.
7 Reſtitutio in integrum ſuſpẽdit ſententiam ſicut appellatio:⁊ an eam extinguat ſicut appellatio.fo.251.nu.4.
7 Reſtitutio in integrum an ſit petenda ab eo, cuius res eo abſente eſt vſucapta eſt,prius quam petere poſſit reſtitui ſibi rem ſuam.fo.325.nu.13.
7 Reſtitutio in integrum quo iure petatur.fo.325.nu.12.
7 Reſtitutio aduerſus vſucapionem et rei vẽdicatio an poſſint in eodem libello proponi.fo.326.nu.24.
7 Reſtitutionis in integrum cauſa an poſſit arbitratori cõmitti.fo.251.nu.7.
7 Reſtitutio in integrum aduerſus trãſactionẽ reponit omnia in priſtinum ſtatum.fo.233.nu.6.
7 Reſtitutio minoris qua authoritate fiat.fo.470.nu.39.
7 Reſtitutio an nõ ſit hodie neceſſaria minoribus aduerſus preſcriptionem.fo.469.nu.34.⁊.36.
7 Reſtitutionis in integrum petitio an impediat executionem ſententie ſicut appellatio.fo.251.nu.5.
7 Reſtitutionis verbo dationem aliquando ſignificari.fo.276.numero.96.
7 Reſtitutio in integrum intra quod tempus peti debeat.folio 323.numero.2.
7 Reſtitutio rerum in petitione hereditatis an veniat vi actionis,an officio iudicis.fo.111.nu.57.
7 Reſtitutionem in integrum eſſe neceſſariam maiori in eis caſibus,in quibus requiritur adhoc vt ſuccurratur minori.folio 281.numero.36.
7 Reſtitutionis in integrum beneficium durare duntaxat quadriennio,quatenus verum ſit.fo.280.nu.34.
7 Reſtitutionem in integrum non impediri ex iureiurando preſtito per adminiſtratorem aut alium nomine alterius.fol.269.numero.87.
8 Reſtitutio aduerſus aditionem hereditatis vel immixtionem duplex.fo.143.nu.72.
7 Reſtitutionis in integrum beneficium trãſmitti ad heredem.fo.132.nu.120.
8 Reſtitutio conceſſa vni non prodeſt alteri etiã in ijs,que ſunt acceſſoria ⁊ connexa.fo.256.nu.6.
8 Reſtitutionem in integrum reponere omnia in priſtinum ſtatum,quatenus verum ſit.fo.135.nu.15.
8 Reſtitutionis beneficiũ non eſſe mere perſonale.fo.146.n.122.
8 Reſtitutio contra ſentẽtiam an poſſit dari reſpectu vnius capitis duntaxat.fo.508.nu.29.
8 Reſtitutionem in integrum peti poſſe ex capite minoris etatis aduerſus ſententiam miſſionis in poſſeſſionem.folio.376.numero.450.
8 Reſtrictionem non admitti in vltimis voluntatibus,niſi aliter appareat de voluntate teſtatoris.fo.279.nu.80.

Retinere. Retentio.

7 Retinendo multa conſequimur,que non conſequimur agẽdo aut repetendo.fo.62.nu.7.
1 Retentionem facilius concedi quam petitionem.folio.260.numero.12.
3 Retentio ob impenſas in rem dotalem factas an et quatenus locum habere poſſit.fo.75.nu.234.
5 Retentionis iure pro expenſis in rem cõtrouerſam neceſſario vel vtiliter factis ſuccurri ei, qui ad rem reſtituendam condẽnatus eſt.fo.305.nu.14.
7 Retentio an locum habeat aduerſus mulierem repetentẽ dotem a filijs prioris matrimonij,quorum tutelam geſſit, et non reddita ratione adminiſtrationis tranſiuit ad ſecundas nuptias.fo.541.nu.110.
8 Retentionem facilius concedi,quam repetitionem.folio.515.numero.21.

Retrahere. Retrahens.

7 Retrahendi termino proximiori agnato per iudicem aſſignato,moram per lapſum eius termini contractam poſſe purgari re integra.fo.473.nu.86.
7 Retrahens rem a conſanguineo venditam an et quatenus et quomodo repetat fructus.fo.471.nu.59.⁊ nume.62.⁊65.⁊.68.et.73.et.75.
7 Retrahens ſeu redimens rem per conſanguineum venditam, non improbat venditionem,ſed approbat,reſtituẽdo pretium emptori.fo.468.nu.4.

In octo Repetitionum volumina.

Retractari.

7 Retractari non poſſe quod nullum eſt.fol.306.nu.27.

Retractus.

7 Retractus an locum habeat in alienatis per preſcriptionem temporis.fo.474.nu.103.

7 Retractum conceſſum a lege propter intereſſe affectionis cōpetere etiam illi ipſi, qui alienauit.fo.471.nu.56.

7 Retractum rei per aliquem vendite competere eius cōſanguineo ratione affectionis.fo.469.nu.32.

7 Retractus an locum habeat in re alienata vni de genere, qui alias non erat ſucceſſurus in ea re.fol.470.nu.41.⁊ nume.44.⁊.45.⁊.47.

7 Retractus beneficium an ⁊ quando tollatur per adiectionem temporis in ipſa venditione ex conuentione partium.fo.472.nu.76.⁊ nu.79.⁊.81.

8 Retractus an locum habeat in re data in ſolutum:⁊ an laudimium ex ea re domino debeatur.fo.474.nu.430.

Retrotractio.

7 Retrotractio in aliud tempus vt fiat, que ſint neceſſaria.folio 107.numero.88.

Retrouendere. Retrouenditio.

7 Retrouendere an immediate is cogi poſſit, qui promiſit facere pactum de retrouendendo.fo.507.nu.64.⁊.66.

7 Retrouenditione ex vi pacti facta, an extinguatur ius obligationis in ea re ante retrouenditionem factam conſtitutum.fo.507.nu.61.⁊.63.

7 Retrouenditione petita ad quem ſpectet augmentū pecunie, quod contigit ex tempore venditionis, ad emptorem ne, an ad venditorem.fo.509.nu.109.

Reuocari. Reuocans.

2 Reuocari etiam ea dicuntur, quorum neqꝫ dominium tranſlatum eſt, neqꝫ poſſeſſio.fo.279.nu.18.

5 Reuocans alienata in fraudem ſuam non tenetur refundere pretium, ſi habet cauſam oneroſam.fo.183.nu.28.

7 Reuocari an poſſit ſuperuenientibus liberis, quod datum eſt in defectum liberorum.fo.140.nu.10.

8 Reuocandi facultatem non poteſt quis a ſe abdicare in actu, qui ſui natura eſt reuocabilis.fo.23.nu.74.

4 Reuocatum ſemel ſemper durat reuocatum.fo.279.nu.254.

7 Reuocatum per filios primi matrimonij quod plus donatū erat vitrico vel nouerce, quam liceret, quomodo diuidetur inter ipſos, ſi diſpares portiones eis a parente relicte erant.fol.594.nu.66.⁊ ſeq.

Reuocatio.

5 Reuocatio procuratoris contingens per mortem domini an operetur ſuum effectum, tametſi non fuerit intimata ipſi procuratori.fo.123.nu.73.⁊ ſeq.

5 Reuocatio procuratoris conſtituti ad gerenda negotia indeterminate, vt valeat, cui debeat intimari.fo.123.nu.77.⁊ nume.ſequen.

6 Reuocatio in ſeruitutem cui pene ſit equiparanda.et an per procuratorem agitari poſſit.fo.542.nu.154.⁊.157.

8 Reuocatio teſtamenti habentis clauſulam derogatoriam ad ſequentia, per que verba fieri debeat.fo.228.num.29.31.34.39.

Reus.

6 Reus vnde dicatur.fo.168.nu.127.

2 Reorum appellatio in ſtatutis an extendatur ad fideiuſſores.fo.7.nu.22.

1 Reus an poſſit euitare ne in iudicio ſiſtere cogatur, patiendo aduerſarium mitti in poſſeſſionem.fo.509.nu.22.⁊ ſeq.

3 Reus accuſatus an ſit omnino abſoluendus eo ipſo quod nihil contra eum probetur.fo.481.nu.200.⁊ nu.ſeq.⁊.216.

3 Reus in carcerem coniectus ex cauſa ciuili aut ex cauſa criminali ciuiliter mota quo caſu non ſit relaxandus datis fideiuſſoribus.fo.193.nu.144.

3 Reum poſſe compelli per denuntiationem euangelicam vt actori edat inſtrumēta, vbi actor alijs probationibus deſtitueretur.fol.95.nu.459.

3 Reos cuiuſcunqꝫ criminis capitalis, nedum criminis leſe maieſtatis prohiberi ſeruos ſuos manumittere.fo.474.num.32.

